



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

Dominica prima in quadragesima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

## Domínica prima in quadragesima?

deis tradentibus p manus gen-  
tiliū eius passio finiretur. ¶ Ad  
ratiōes in oppositū ¶ Ad primā  
rūdetur. q̄ ratio non militat. Et  
ratio est. q̄ x̄ps ad ostendendū  
abūndantiā caritatis sue ex qua  
pariebatur. in cruce positus ve-  
niam per persecutoribus postu-  
lauit vt aut h̄mōi petitiōis fru-  
ctus ad iudeos ⁊ gētiles pueni-  
ret. voluit x̄ps ad vtriusq̄ pati.

¶ Ad scđam r̄sides. negādo cōse-  
quētiā. Et ratio est. q̄ passio x̄pi  
fuit oblatio sacrificij. inq̄tū x̄ps  
ppriā voluntate mortē sustinuit  
ex caritate. Inq̄tum autē a per-  
secutoribus est passus non fuit  
sacrificium sed peccatū grauis-  
simū. ¶ Ad tertiāz dicendū q̄  
iudei verum dixerunt. dicentes.  
Non licet nobis interficere quē  
q̄. quia per romanos quib⁹ erāt  
subiecti. erat eis potestas occi-  
dendū interdicta.



**D**omínica  
prima i qua-  
dragesima ē  
euangelium  
In illo tpe.  
Duct⁹ est ie-  
sus in deser-  
tuz a spiritu vt temptaret a dia-  
bolo. Mat. iij. Et q̄ in hoc euā-  
gelio fit mētio de duobus. de ie-  
iunio. ⁊ temptatione christi p̄nt  
he questionēs disputari. ¶ Pri-  
ma. Utruz ad ieiunium quadrage-  
sime omnes teneantur. Secūda  
est. vtrum ieiunium quadragesi-

me debito tempore obseruetur.  
¶ Tertia est. vtrū p̄ueniēs fuit  
christum a diabolo temptari.



**D** primā  
questionē sic  
procedit (z.  
z. q. 141. art.  
4.) Et videt⁹  
q̄ omnes tene-  
antur ad iei-  
unium quadagesime. ¶ Primo  
sic. ex euāgelio. christus ieiunauit  
quadraginta diebus ⁊ quā-  
draginta noctibus. s̄z omnes eū  
imitari debēt. s̄z illud Job. xij.  
Exēplū em̄ dedi vobis vt quēad-  
modū ego feci vos faciatis. ergo  
oēs ad ieiunium q̄dragesime  
tenēt. ¶ Secūdo sic. p̄cepta eccl̄ie  
obligāt sicut p̄cepta dei. vñ x̄ps  
ait. Luce. x. Qui vos audit me  
audit. ergo similiter oēs tenent  
ad seruādū ieiunia ab eccl̄ia in-  
stituta. inter que est ieiunium qua-  
dragesime vt habet de pse. dis.  
iij. non lz. ⁊. c. nō opz. ¶ Tercio  
sic. Illud qd̄ vtiliter statutū est  
nō potest sine nocumēto relaxari.  
s̄z nō sine vtilitate statutū est  
quadagesime ieiunium. ergo non  
potest sine nocumēto aie p̄ disp̄-  
sationez relaxari. ¶ Quarto sic.  
dicit bernard⁹ li. de disp̄satiōe  
⁊ p̄cepto. In p̄cepto superioris nō  
potest inferiori disp̄sare. s̄z q̄li-  
bet singularis p̄sona est inferior  
q̄ eccl̄ia q̄ ieiunium quadagesi-  
me sub p̄cepto statuit. nisi forte  
papa q̄ est caput eccl̄ie. ergo nul-

lus alius potest in ieiunio qua-  
 dragesime dispensare. et per conse-  
 quens omnes ad illud tenentur. In  
 oppositum sic arguitur. dicit innocen-  
 tius. quod non subiacet legi necessi-  
 tas. ergo necessitate imminente  
 potest aliquis sine peccato ieiunium qua-  
 dragesime. et quodcumque aliud ab  
 ecclesia institutum pretermittere per  
 dispensationem. Item precepta legis  
 naturalis non possunt per aliquod sta-  
 tutum immutari. sed preceptum legis na-  
 turalis est ut homo ad necessita-  
 tem cibum sumat. ergo si necessitas  
 exposceret posset ieiunium abstinere  
 non servare. Quia ideo dicitur  
 dicitur sub ista conclusione. quod ad ieiunium  
 quadragesime communiter omnes  
 tenentur nisi in eis fuerit aliquod spe-  
 ciale impedimentum. Pro cuius con-  
 clusionis evidentia est notandum. quod  
 statuta communia proponuntur sed quod  
 multitudini conveniunt. Et ideo le-  
 gislator in eis statutis attendit  
 id quod communiter et in pluribus ac-  
 cidit. si quod autem ex speciali causa  
 in aliquo inveniatur quod observantie  
 statuto repugnet. non intendit tale  
 legislator ad statuti observantiam  
 obligari. Est autem distinctio adhi-  
 benda. Nam si causa evidens est per se  
 ipsum licite potest homo statuti ob-  
 servantiam preterire. presertim consue-  
 tudine iteruveniente. vel si non pos-  
 set de facili recursus haberi ad  
 superiorem. Si vero causa sit dubia de-  
 ad superiorem recurrere quod habet potestatem  
 in talibus dispensandi. Et hoc est ob-  
 servandum in ieiuniis ab ecclesia in-  
 stituta ad quod communiter omnes obli-

gant. nisi in eis fuerit ut dictum  
 est aliquid speciale impedimentum. Et  
 istis eliciuntur multa correlaria.  
 Primum est. quod quia pueri indigent  
 multo cibo et non simul sumpto.  
 quodiam sunt in statu augmenti. tem-  
 pus autem augmenti habet per se  
 ad finem tertij septemij ut in pluri-  
 bus. non tenentur ad ieiunia institu-  
 ta ab ecclesia. conveniens tamen est ut in  
 hoc tempore se ad ieiunandum exercent  
 plus vel minus secundum modum etatis sue  
 et possibilitatem. Secundum correla-  
 rium est. quod peregrinantes et laboran-  
 tes quod sine incommodo et detrimento  
 salutis vel exterioris statum. quod re-  
 quirunt ad conservationem corporalis  
 vel spiritualis vite. deferre non possunt  
 sunt peregrinationem aut diminuer-  
 re labores et simul cum hoc non possunt  
 sunt ecclesie ieiunia observare non  
 obligantur ad huiusmodi ieiunia. videtur  
 tamen in talibus recurrendum esse ad su-  
 perioris dispensationem. nisi forte  
 ubi ita est consuetudo quod ex hoc ipso  
 quod prelati dissimulant videntur amue-  
 re. Tertium correlarium. pauperes  
 quod non possunt sufficienter habere  
 quod eos reficiat ad unam refectio-  
 nem. videntur excusari a ieiuniis ec-  
 clesie. Quartum correlarium. curso-  
 res quorum visus est dominus necessarius  
 si non possunt simul currere ieiunare  
 excusari videntur. secus qui  
 morantur et non vadunt. Quintum  
 correlarium. mulieres pregnan-  
 tes et mulieres lactantes si neces-  
 sitas debilitatis corporalis im-  
 pediat eas. non tenentur ieiuna-  
 re. Sextum correlarium. senes

## Dominica prima in quadagesima.

infirmi et debiles etiam excusantur a ieiunijs huiusmodi. scilicet pro quantitate debilitate. arbitrio boni viri standum est. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondeo procedendo quod omnes tenentur observare illa ieiunia quadagesime secundum possibilitatem suam. nisi in eis occurrerit aliquid speciale impedimentum. ut dictum est. ¶ Ad secundam respondeo detur. negando consequentiam. Ratio est. quia precepta dei sunt de eis que sunt de necessitate salutis. et ideo in quolibet casu observari illa oportet: sed precepta ecclesie que sunt vim obligandi habeant ex auctoritate precipientium non tamen semper obligant propter materiam in qua proponuntur. in qua possunt plura impedimenta occurrere. ¶ Ad tertiam respondeo. negando assumptum. Dicimus enim quod id quod secundum utilitatem dicitur in pluribus accidit institutum est hoc propter necessitatem aliquo casu emergente utiliter dimittitur sicut in proposito. ¶ Ad quartam respondeo. quod non militat. quia inferior potest dispensare in precepto superioris quando dispensatio sibi a superiori relinquitur. sicut hic videtur dictum est supra.



**D** secundam questionem sic procedit (2. 2. q. 141. arti. 5.) Et videtur quod non debito pro quadagesime ieiunium celebratur. ¶ Primo fit. legislator: novi testamenti christus

quadagesimam ieiunavit et illas statim post baptismum legitur inchoasse Matt. iii. Si ergo nos in actibus nostris christo conformari debemus. statim post episcopiam quam baptismus christi celebratur debemus quadagesime ieiunium inchoare. ¶ In oppositum est universalis ecclesie consuetudo. ¶ Respondeo dicendum. quod quadagesimale ieiunium debito tempore fuit institutum. Pro quo notandum quod ieiunium ad duo ordinatur. scilicet ad deletionem culpe. et ad elevationem mentis ad superna. Et ideo illis temporibus fuerunt ieiunia indicenda in quibus oportebat homines a peccato purgari. et mentem fidelium elevari in deum pro devotione quod inde precipue imminet ante pascalem sollemnitatem. in qua et culpe per baptismum relaxentur quod sollemnitatem vigilia pasce celebratur quasi recolitur divina sepultura. quia per baptismum cosepelinur christo in mortem ut dicitur ad Romanos. vi. In festo etiam pasce maxime oportet mentes hominum pro devotione elevari ad eternitatis gloriam quam christus resurgendo inchoavit. et ideo immediate ante sollemnitatem pascalem ecclesia instituit hoc ieiunium observandum. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia christus non ieiunavit quasi ipse ieiunio indigeret. sed ut ad gratiam eius discipulorum exemplo sui per ieiunium nos prepararet. et ideo post baptismum suum in quo plenitudo gratie ipsius declarata est

Quadragesima prima inchoat

stimonio patris et spiritus, et etiam iohannis baptiste. decebat ut exemplum ieiunij sui nobis proponeret nobis aut competit ieiunij ut prepareremur ad suscipiendam gratiam ipsi. Et quia sacramenta gratie eius precipue proponuntur circa festum pascale. ideo imedietate ante solemnitate pascale quadragesimale ieiunium implet. Et etiam quia tempus veris quod tunc incipit maxime est concupiscentie aptum. et quia significatur quod ad gloriam resurrectionis per tribulationes vite presentis venimus sicut et christus per passiones.



**T**ertiam questionem sic proceditur (3. p. q. 41. ar. 1.) et videtur quod non fuit conveniens christum temptari a diabolo.

**P**rimo sic. Temptare est experimentum sumere quod quidem non fit nisi de re ignota sed virtus christi erat etiam demonibus nota. Dicit enim Luc. iij. quod christus non sinebat demonia loqui. quia sciebatur ipsum esse christum ergo videtur quod non fuit conveniens christum temptari. **S**ecundo sic. ad hoc christus venerat ut opera diaboli dissolveret. secundum illud. i. Job. iij. In hoc apparuit filius dei ut dissolveret opera diaboli. sed non est eiusdem dissolvere opera alicuius et ea pati ergo videtur inconueniens fuisse quod christus pate-

ret se temptari a diabolo. **T**ertio. triplex est temptatio. scilicet a carne. a mundo. et a diabolo. sed christus non fuit temptatus nec a carne nec a mundo. ergo etiam nec debuit temptari a diabolo. **Q**uarto. omnis christi actio est nostra instructio. ergo christus permittendo se temptari a diabolo videtur dare nobis viam quod exhibeamus nos temptatiombus quod est incautum valde ergo etc. **P**roterea hic arguitur contra aliquam que dicitur in littera euangelij. **E**t primo contra illud quod diabolus assumpsit christum supra pinnaculum. vel in montem excelsum. Hoc enim audire humane horrescunt aures. ergo non videtur conveniens. **Q**uinto non videtur possibile. quod christus supra pinnaculum templi statui potuerit. quin ab alijs videret. **I**tem nec aliquis mons tam altus invenitur ut inde totus mundus inspicere possit. et sic ex eo non potuerunt christo omnia regna mundi ostendi. ergo videtur quod inconuenienter temptatio christi describatur. **I**n oppositum est euangelium presens. **R**espondeo dicendum. quod conveniens fuit christum se permisisse temptari a diabolo. **Q**ue conclusio ostendit ex multis. **P**rimo. ut nobis contra temptationes auxilium ferret. **A**ugustinus in omelia. Non erat indignum redemptori nostro quod temptari voluit. quod venerat etiam occidi. ut sic temptationes nostras

Dominica prima in quadragesima.

suis temptacionib⁹ t⁹pali⁹ vin-  
 ceret. sicut mortē n̄rāz. sua mor-  
 te superauit. Scdo p̄p̄ nostraz  
 cautellam vt nullus q̄tuncūqz  
 sanctus se existimet securuz in  
 munez a tēptatione. Unde etiā  
 post baptisimū tēptari voluit. qz  
 sicut. Hylarius dicit sup Mat-  
 theuz. In sanctificatis maxime  
 diaboli temptamenta grassant.  
 quia victoria magis ē ei de san-  
 ctis exoptāda. Unde Eccl. ij. dz.  
 Fili accedes ad fuitutes dei sta-  
 in iusticia ⁊ timore. ⁊ p̄para ani-  
 mam tuā ad tēptationē. Tertio  
 propter exempluz. vt scz nos in-  
 strueret qualif diaboli tempta-  
 tiones vincam⁹. vt Augu. dicit  
 ij. de trinitate. Quarto vt nobis  
 fiducia de sua misericordia lar-  
 giretur. Uñ dz. ad Heb. iij. Nō  
 habemus pontificem q̄ non pos-  
 sit cōpati infirmitatib⁹ nostris.  
 temptatū aut p̄ omnia p̄ simili-  
 tudine absqz pctō. ¶ Ad ratiōes  
 in oppositum. ¶ Ad primam  
 r̄ndet. negādo minoz. i. q̄ virt⁹  
 christi esset certitudinaliter nos-  
 ta demonibus. sicut dicit Aug.  
 jr. de ciui. Christus tñ inotuit de-  
 monibus q̄tum voluit. non p̄ id  
 qd̄ est vita eterna. sed per qdam  
 temporalia sue virtutis effecta  
 ex quib⁹ quādam cōiecturā ha-  
 bebant xpm̄ esse filium dei. Sz  
 qz rursus qdam signa in eo hūa-  
 ne nature infirmitatis videbant  
 non p̄ certo cognoscebant eum  
 esse filius dei et ideo diabol⁹ eū  
 temptare voluit. Et hoc signifi-

cat. Matt. iij. vbi dz. q̄ postq̄  
 esurijt accessit temptator ad eū  
 qz vt dicit Hylarius. Temptas-  
 re christum diabol⁹ non fuisse  
 ausus nisi in eo p̄ esuriei infirmita-  
 tatem q̄ sunt hominis recognos-  
 sceret. ⁊ idem dicit Grego. ius.  
 ¶ Ad scdam responderetur. negā-  
 do p̄sequentiam. Et ratio est. qz  
 xps venerat dissoluere opa dia-  
 boli. non potētia agendo. sz ma-  
 gis ab eo ⁊ eius membris patie-  
 do. vt sic diabolum vinceret ius-  
 ticia non potestate. ¶ Ad tertiā  
 respōdet negando p̄sequentiam.  
 Et ratio ē. qz xps sicut dicit apo-  
 stol⁹ in omnib⁹ temptari voluit  
 absqz peccato. Temptatio autē  
 que est ab hoste potest esse sine  
 peccato. quia fit per solam erre-  
 riorē suggestionē. Temptatio  
 autem que est a carne nō potest  
 esse sine peccato. qz hoc tempta-  
 tio fit per delectationem et p̄-  
 piscentiam. Et sic Augustin⁹ dicit.  
 Non nullum peccatum est cō-  
 caro p̄cupiscit aduersus sp̄m.  
 ⁊ ideo xps tēptari voluit ab ho-  
 ste non a carne. ¶ Ad quartaz re-  
 sponderetur. negando p̄sequentiam  
 cum dicit q̄ omnis actio xpi. ⁊  
 respondet q̄ aliqua in xpo imi-  
 tari debem⁹ ⁊ aliqua mirari q̄  
 q̄ sunt opera virtutum imitari  
 debemus que aut sūt potestatis  
 non imitari debemus. sed mira-  
 ri ⁊ istud est vnuz de illis. Unde  
 nos nostre infirmitatis cōscij nō  
 debemus nobis facere tempta-  
 tionū occasiones. ¶ Ad quintaz

toz. Quadra die de

factu xpi molit

de illo verbo q̄ diabolus assump-  
sit christum respondetur q̄ vt di-  
cit Albertus magnus sup Mat-  
theum. Quidam sanctorū viden-  
tur dicere. q̄ assumpsit eum por-  
tando super se corporaliter as-  
sumpto corpore vt dicit Grego-  
rius in Omelia. Nec est mirum  
si se ab illo permisit in montem  
duci qui se permisit a membris  
ipsius crucifigi. Sed Chrysosto-  
mus dicit. q̄ assumpsit eum du-  
cendo post se. et ita exhortando  
indurit eū ad hoc vt iret post eū  
et christus ex dispositione sue sa-  
pientie iuit cū eo vbi ille cupie-  
bat eum habere ad temprandū.  
Vbi dicit sanctus Thomas (vbi  
supra. ad. 2. cū dicitur. Assump-  
sit eum diabolus. non intelli-  
gitur quasi ex necessitate. sed qz  
vt Origenes. dicit super Lucam.  
Sequebatur eum ad tempratio-  
nem quasi athleta sponte proce-  
dens. ¶ Ad sextam respondetur  
p̄mo. q̄ sicut dicit Chrysostomus  
Diabolus sic christū assumebat  
in pinaculum templi. vt ab om-  
nibus videtur Christus autē ne-  
sciēte diabolo sic agebat vt a ne-  
mine videretur. Quod autem cō-  
sequenter dicitur. De monte ex-  
celso etc. non est intelligendum q̄  
videret ipsa regna vel ciuitates  
vel populos. vel aurū. vel argē-  
tum. sed partes in quibus vnum  
quodqz regnum vel ciuitas posi-  
ta est diabolus christo digito de-  
mōstrabat. et vniuscuiusqz regni  
honores et statū vbi exponebat.



**I**n secūda  
dominica qua-  
dragesime le-  
gitur euange-  
liū. In illo tē-  
pore. Assump-  
sit iesus Pe-  
trum et Johannem etc. Matth.  
xvii. Circa quod p̄t disputari se-  
quentes questiones. ¶ Prima.  
Utrum conueniens fuit christū  
trāfigurari. ¶ Secūda. vtrū que-  
niēter ibi sunt inuēti testes trā-  
figuratiōis. Moyses Helias et  
Petrus et Jacobus et iohes. ¶ Ter-  
tia. Utrum errauit petrus dicens.  
Bonū est nos hic esse Et petēs  
tria tabernacula fieri. xpo vnū  
Dei vnu. et Moysi aliud.



**P**rimaz  
questionē. sic  
pcedit. (3. p.  
q. 45. ar. 1) Et  
videtur q̄ nō  
fuit p̄nētēs  
xpm trāfigu-  
rari. ¶ Primo sic. Non em̄ que-  
nit vero corpori vt in diuersas fi-  
guras mutet s̄z corpori fantasti-  
co. Corp⁹ aut xpi non fuit fanta-  
sticū s̄z verū. ergo trāfigurari nō  
debit. ¶ Si dicat. q̄ transfigu-  
ratio dicit claritas assumptio.  
Contra sic. Figura est in quarta  
specie qualitatis. Claritas autē  
est in tertia cuz sit semibilis qua-  
litas. ergo assumptio claritatis  
a christo transfiguratio dici non